



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Et primo, Vtrum lex noua sit alia lex a lege veteri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

## Q V A E S T . C V I L .

E T C I R C A hoc quæruntur quatuor.  
 ¶ Primo, Vtrum lex noua sit alia lex alege ueteri.  
 ¶ Secundo, Vtrum lex noua impleat ueterem.  
 ¶ Tertio, Vtrum lex noua continetur in ueteri.  
 ¶ Quartu, Quæ sit grauior, utrum lex noua, uel uetus.

### A R T I C U L U S P R I M U S .

Vtrum lex noua sit alia a lege ueteri.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod lex noua non sit alia alege ueteri. Vtraque enim lex datur fidem Dei habentibus: quia sine fide est impossibile placere Deo, ut dicitur ad Hebreos 11. sed eadem fides est antiquorum, & modernorum, ut dicitur in gl. Matth. 21. ergo etiam est eadem lex.

¶ 2 Præt. \* Aug. dicit in lib. contra Adamantium Machinæ discipulum, quod breuis differentialis legis & Euangelij est Timor & Amor: sed secundum hæc duo noua lex & uetus diuersificari non possunt, quia etiam in ueteri lege proponuntur precepta charitatis, Leui. 19. Diliges proximum tuum, & Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum. Similiter etiam diuersificari non possunt per aliam differentiam, quam \* Aug. assignat contra Faustum, quod uetus testamens habuit promissa temporalia, nouum testamens habet promissa spiritualia & eterna: quia etiam in nouo testamendo promittuntur aliqua promissa temporalia, secundum illud Marc. 10. Accipiet centies tam in tempore hoc domos, & fratres &c. Et in ueteri testamento sperabantur promissa spiritualia & eterna, secundum illud ad Hebr. 11. Nunc autem meliorem patriam appetunt, id est, celestem: quod dicitur de antiquis patribus. ergo uidetur quod noua lex non sit alia a ueteri.

¶ 3 Præt. Apostolus uidetur distinguere utramque legem ad Rom. 3. ueterem legem appellans legem factorum, legem nero nouam appellans legem fidei; sed lex uetus fuit etiam fidei, secundum illud ad Hebreos 11. Omnes testimonio fidei probati sunt, quod dicit de Patribus ueteris testamenti. Similiter etiam lex noua est lex factorum, dicitur enim Matth. 5. Bene dicite his qui oderunt uos. & Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. ergo lex noua non est alia a lege ueteri.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Hebreos 7. Translato sacerdotio, necesse est ut legis tristatio fiat; sed aliud est sacerdotium noui & ueteris testamenti, ut ibidem Apostolus probat. ergo est etiam alia lex.

RESPON. Dicendum, quæ sicut \* supra dictum est, omnis lex ordinat conuersationem humanam in ordine ad aliquem finem. Ea autem quæ ordinantur ad finem secundum rationem finis, dupliciter diuersificari possunt. Vno modo, quia ordinantur ad diuersos fines: & hæc est diuersitas speciei, maxime si sit finis proximus. Alio modo, secundum propingatatem ad finem, uel distantiam ab ipso, sicut patet & motus differunt species secundum quod ordinantur ad diuersos terminos; secundum uero quod una pars motus est propinquior termino quam alia, attenditur differentia in motu secundum perfectum & imperfectum. Sic ergo duæ leges distinguuntur, duplicitur. Vno modo, quasi omnino diuerse, ut propter ordinatae ad diuersos fines; sicut lex ciuitatis, quæ esset ordinata ad hoc, quod populus dominaretur, esset species differens ab illa lege, quæ esset ad hoc ordinata, & optimates ciuitatis dominantur. Alio modo, duæ leges distinguuntur possunt, secundum quod una propinquius ordinata ad finem, alia uero remotius, pu-

## ARTIC. I.

Fta, in una & eadem ciuitate dicitur alia lex, quæ uiris perfectis, qui statim posunt exequentes continent ad bonum coem, & alia lex datur de discipulis puerorum, qui sunt instruendi qualiter possunt opera uirorum exequantur. Dicendum est tamen secundum primum modum lex nouanam ei genet, quia utriusque est unus finis, ut uero subdant Deo. Est autem unus Deus & nouus testis, secundum illud Ro. 3. Vnde Deus est qui est circumcisio ex fide, & præputium perfecti. Alio modo noua est alia a ueteri, quialex quasi paedagogus puerorum, ut Apo. dicit ad Corin. 3. aut noua est lex perfectiōis, quæ est lex chartans, ut Apo. dicit ad Col. 3. quod est uinculum perfecti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod unius & utriusque testis attestatur unitati finis, Dicitur & \* supra, quod obiectum theologicum uirtutis inter quas est fides, est finis ultimus: sed tantum habet alium statum in ueteri, & in noua legitimi credebant futurum, nos credimus factum.

AD SECUNDUM dicendum, quod omnes citiæ quæ assignantur inter nouam legem & ueritatem accipiuntur secundum perfectum & imperfectum. Praecepta. n. legis cuiuslibet dantur de aliis virtutibus, ad operanda autem uirtutum opera dicitur, nantur imperfecti, qui nondum habent uititum, & aliter illi qui sunt per habitum uititum. Illi autem qui nondum habent habitus, inclinantur ad agendum uititum opera & causa extrinseca, puta, ex comminatione penitentia ex promissione aliquarum extrinsecationerum, puta, honoris, uel diuinarum ius huiusmodi, & ideo lex uetus quæ dabatur factis, id est, nondum consecutis gratiam, non dicebatur lex timoris, in quantum inducere seruantiam præceptorum per comminationem ruram penarum, & dicitur habere temporam promissam. Illi autem qui habent uititum naturam ad uititum opera agenda propter amittit, non propter aliquam penam, aut rem nem extrinsecam. & ideo lex noua, quæ pertinet, consitit in ipsa spirituali gratia indita & dicitur lex amoris & dicitur habere promissualem & eternam, quæ sunt obiecta uititum, charitatis, & ita per se in ea inclinantur non in extranea, sed quasi in propria. Et propter tam lex uetus dicitur cohibere manum, & membra, quia qui timore penitentia peccatum, non simpliciter eius uoluntas a peccato sicut recedit uoluntas eius, qui amore inflatur a peccato. & propter hoc lex noua, quæ moris, dicitur animum cohibere. Fuerantque qui in statu ueteris testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus sancti, qui principaliter habent promissiones spirituales & eternas, & hoc pertinebant ad legem nouam. Similiter in nouo testamento sunt aliqui carnales apergitentes ad perfectionem nouæ legis, & portavit etiam in nouo testamento inducere uititum opera per timorem penarum, & per aliæ corporalia promissam. Lex autem uetus est præteritatis daret, non tamen per eam dabatur spiritus, per quem diffunditur charitas in carnibus, ut dicitur Ro. 5.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut & secundum est, Lex noua dicitur lex fidei, in qua ciuitatis principalitas consistit in ipsa gratia, & iterius datur creditibus, unde dicitur fidei. Habent autem secundario alijs

et moralia, & sacramentalia: sed in his non consit A  
stis principalitas legis nouæ, sicut principalitas veteris legis in eis consistebat. Illi autem qui in veteri testamento Deo fuerunt accepti per fidem, secundum hoc ad nouum testamentum pertinebant: non enim iustificabantur nisi per fidem Christi, q̄ est actio nō*testamenti*, unde & de Moysē dicit Apostolus ad Hebreos, quod maiores diuitias estimabat thesauro Aegyptiorum, impropterum Christi.

## ARTICVLVS II.

Vtrum lex noua legem veterem impleteat.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod lex noua legem veterem non impleteat. Impletio enim contrariatur euacuationi, sed lex noua eva cuat, uel excludit obseruantias legis veteris: Dicit n. Apostolus ad Gal. 5. Si circuncidimini, Christus nihil uobis proderit: ergo lex noua non est impletiva veteris legis.

**C**¶ 3 Præ. Contrarium non est impletium sui contrarii dñs in lege noua proposuit quædam p̄cepta contraria p̄ceptis veteris legis. dicitur n. Matt. 5. Audistis quia dictum est antiqui, Quicunque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii: ego autē dico uobis. Quicunque dimiserit uxorem suam, facite mæchari. & id ē consequenter patet in prohibitiōne iuramenti: & etiam in prohibitione talionis, & in odio inimicorum. Similiter etiam uidetur Dominus exclusisse p̄cepta veteris legis de discretiōne ciborum, Matth. 15. dicens: Non quod intrat in os coquinat hominem. ergo lex noua non est impletiva veteris.

**C**¶ 3 Præ. Quicunque contra legem agit, non implet legem, sed Christus in aliis contra legem fecit, regit enim leprosum, ut dī Matth. 8. quod erat contra legem. Similiter etiā uidetur sabbathum plures uiolasse, nō de eo dicebat Iudæi Io. 9. Non est hic hō a Deo, qui sabbathum non custodit. ergo Christus non implet legē, & ita lex noua data a Christo nō est veteris impletiva.

**D**E CONTRA est, quod dñs dicit Mat. 5. Nō ueni soluere legē, sed adimplere & postea subdit. Iota unū, aut unus apex nō præterire alege, donec omnia fiat.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ sicut \* supra dictum est, lex noua comparatur ad veterē, sicut perfectum ad imperfectum. Omne autem p̄fectū adimpleret id, qd̄ imperfecto defecit, & līm hoc lex noua adimpleret veterē legem, in quantum supplet illud, quod veteri legi defecit. In veteri autem lege duo possunt considerari. s. finis, & p̄cepta contenta in lege. Finis uero cuiuslibet legis est, ut homines efficiantur iusti & uirtuosí, ut \* supra dictum est; unde & finis veteris legis erat iustificatio hominum, quam quidē lex efficeret non poterat, sed figurabat quibusdā ceremonialib. factis & promittebat uerbis, & quantum ad hoc lex noua implet veterem legem iustificando per uirtutem passions Christi. & hoc est qd̄ Apostolus dicit ad Ro. 9. Qd̄ impossibile erat legi, Deus filiū suū mittens in similitudinem carni speccati, dannauit p̄ctū in carne, ut iustificatio legis impleteatur in nobis. Et quan tum ad hoc, lex noua exhibet, qd̄ lex uetus promitte-

bat, secundum illud 2. ad Cor. i. Quotquot promissiones Dei sunt, in illo est, i. in Christo. Et iterū quantum ad hoc compleat etiam quod uetus lex figurabat, unde ad Col. 2. dicitur de ceremonialibus, quod erant umbra futurorum: corpus autem Christi, i. ueritas, pertinet ad Christum: unde lex noua dicit lex ueritatis, lex antea uetus umbra, uel figure. Precepta uero veteris legis adimpleuit Christus & opere, & doctrina: opere quidem, quia circuncidi uoluit, & alia legalia obseruare, quæ erant tempore illo obseruanda, secundum illud Gal. 4. Factum sub lege. Sua autem doctrina adimpleuit precepta legis tripliciter. Primo quidem, uerum intellectum legis exprimendo, sicut patet in homicidio & adulterio, in quorū prohibitione Scribæ & Pharisei nō intelligebant nisi exteriorem actum prohibitum; unde Dominus legē adimpleuit, ostendendo ēt interiores actus peccatorum cadere sub prohibitione. Secundo, adimpleuit Dominus p̄cepta legis, ordinando quod tutius obseruaret quod lex uetus statuerat, sicut lex uetus statuerat, ut homo non periuraret: & hoc tutius obseruatur, si omnino a iuramento abstineat, nisi in causa necessitatibus. Tertiō, adimpleuit Dominus p̄cepta legis, superaddendo quædam perfectionis cōsilia, ut patet Matth. 19. ubi dicenti se obseruasse p̄cepta veteris legis, dicit: Vnum tibi deest. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes &c.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q̄ lex noua non evacuat obseruantiam veteris legis, nisi quātum ad ceremonialia, ut supra dictum est: hæc autem erant in figuram futuri. Vnde ex hoc ipso quod ceremonialia p̄cepta sunt impleta perfectis his quæ figurabantur, non sunt ulterius obseruanda: quia si obseruarentur, adhuc significaretur aliquid ut futurū, & non impletum; sicut ēt promissio futuri doni lo cum iam non habet promissione iam impleta per doni exhibitionem, & per hunc modum ceremonialis legis tolluntur, cum implentur.

**D**E SECUNDVM dicendum, q̄ sicut \* Aug. dicit cōtra Faustum, P̄cepta illa Domini non sunt cōtraria p̄ceptis veteris legis. Quod n. Dominus p̄cepit ex uxore dimittenda, non est contrarium ei qd̄ lex p̄cepit. n. equē. n. ait lex: Qui uoluerit, dimittat uxorem, cui esset contrarium nō dimittere: sed utiq; nolebat dimitti uxorē a iiro, qui hanc interposuit moram, ut in dissidium animus precepit libelli conscripti refractus absisteret, unde Dominus ad hoc confirmandum, ut non facile uxor dimittatur, solā cām formicationis exceptit. Et idem etiam dicendum est in prohibitione iuramenti, sicut supra dictum est: & id ēt patet in prohibitione talionis. Taxauit n. modū uindictā lex, ut non procederetur ad immoderata uindictā, a qua Dominus perfectius remouit eum, quem monuit omnino a uindicta abstinere. Circa odium uero inimicorum remouit falsum Phariseorū intellectum, nos monens, ut persona odio non habeatur, sed culpa. Circa discretiōnem uero ciborum, quæ ceremonialis erat, Dominus non mandauit ut tunc obseruarentur: sed ostendit q̄ nulli cibi secundum suam naturam erant immundi, sed solum secundum figuram, ut supra dictum est.

**E**AD TERTIUM dicendum, q̄ tactus leprosi erat prohibitus in veteri lege, quia ex hoc incurrebat hō quādam irregularitatis immunitati, sicut & ex tactu mortui, ut supra dictum est: sed Dñs qui erat mūdator leprosi, immunitati incurre non poterat. Perea autem, quæ fecit in sabbatho, sabbathū non soluit secundum rei ueritatem, sicut ipse Marth. in Euāgeliō, ostēdit, tū quia operabatur miracula uirtute diuina, Prima Secunda S. Thomae. HH 2 quæ

q. 103. art. 3.  
18. & 26. 10.

In fine cor.  
artic.

q. 103. art. 6.  
ad 1.

q. 103. art. 5.